

ginis Margarita figura flexis genibus ante Christi praesepe sacrosanctum: nempe, tam pretiosa Margarita, templum Dei fuit, eiusque divinae parentis, non quidem ex his lapidibus, in quos passim offendimus, sed ex gemma extractum, ubi sanctissimae Mariae Virginis mite puerperum videretur. Hanc gemmam in sacrario aedis sancti Dominici, cuius Margarita institutum complexa erat, hodie et servari, et conspici Ludovicus Granatensis affirmat, cuius haec est omnis historia.

XCIX.

Ioannes Monachus Eivatus (*in suo prato vere florido c. 43*): Septima Synodus hanc historiam et approbavit, et mirata est. Quidam solitudinis incola Christi Iesu pugil insignis in olivarum monte illo sacrosancto, quem nostri Servatoris sudor sanguineus coloravit, tabernaculum degendae vitae constituit, ubi ne ad nullam quidem aetatem provento, per malum daemoneum esse licebat otioso: quotidie enim cum communi adversario, de mentis castitate, deque corporis cordisque munditia decertabat. Cumque daemon libidinis admoventis facibus esset infestus, instanti inimico se aliquando locutus est: quousque tandem pendens est haec perventura contentio? cur spurcissime satana senili huic non parvis aetati? inquam obscena ista quadrant, quae tu mihi suggerere perseveras? sine me, sine, inquam, ab inhonesto certamine respirare. Daemon ea sumpta forma, quae videri poterat, querenti expostulantique monacho, promittit, inquit, iureturando nemini enunciatum tu esse, quae dicam, et te desinat agitare. Iurat sollicitus se forte taciturnum: tum diabolus, noli istam amplius venerari, et ego veneris ignem subdere, atque ad meretrices te impellere, atque instigare desistam: habebat enim senex almae Matris imaginem, cui debitum cultum adhibebat. Monachus quietae castitatis conditionem illam non accipit, deliberandique spatium postulavit. Cumque dubitationem expedire per se ipse non posset, die postero Abbati Theodoro viro permogno rem exposuit, a quo hoc responsum accepit, irando peccavisti, tamen enuncians et patefaciens christianum officium praestitisti. Illud autem persuasissimum tibi esse debebit, levioris esse flagitii in quodlibet urbis lupanar intrare, quam Deo eiusque Matri debitum cultum, et religiosum honorem denegare: etsi enim libidinis et scortationis execrabile scelus sit et poenis aeternis vindicandum, impietas tamen quae a vera religione nos avocet, quaeque Deum et Dei Matrem, alterum altero adulationis genere venerari non prohibet, multo est libidine ipsa deterior, atque detestabilior. Illud, mihi crede, daemon astutus agebat, ut in casto tuo corpore animus recandens ac fidelis desertor habitaret. Quod peccandi genus fornicationem, si forte nescis, saepissime Scriptura compellat, quam ut a te postea impetrare, castum tu esse corpore permittebat, et a mulierculis quae se pervolvant, con-

tinentem. Plura in hanc sententiam, quae brevitas causa tacet historicis, a Theodoro eruditus esse disputata, ut monachi fiduciam animam in religione, necessariaeque venerationis proposito confirmaret, nosque in his enarrandis exemplis non servi, sed liberi sumus interpretes, et quae scriptor omisit, implemus. Non enim committendum est, ut ex nimia nostra fidelitate lectori, aut quae sunt scitu necessaria, ignorandi pariter occasio. Daemon reversus ad monachum, violati iurisurandi perfidiam exprobravit, seque minatus est ante summi Iudicis tribunal accusatum esse peritum: monachus, quippe theologus iam ex schola Theodori, iurasse, inquit, temere, atque indefinibile me poenitet, rem ad Theodorum retulisse nunquam pigebit; quod autem ad Virginis cultum attinet, sic habelo: me constantem, ac mei similem esse mansurum. Deumque et Dei Matrem in utrisque imaginibus adoraturum. Neque vero iurisurandi religione impediatur, cuius tum irrita promissio est, cum illa praesalamus, quae bonis moribus, nedum sanctitatibus aversantur. Monachum fortem inimicum daemone ipse per se ab adoratione imaginis avertere conabatur, qui imperatorem Leonem Isauricum per duos luadaeos fugitivos, ac profugos in fraudem induxit, et ab imaginum sacrarum cultu et veneratione suffocavit: quibus daemones interpretibus ac nunciis, cum faciles aures praebuisset sacras figuras, ubicunque essent tollendas, evertendasque curavit, sed tunc dysenteriae consumptus, ad inferorum raptus est aeternis cruciatibus. Hunc imitari Copronymus Leonis IV. et V. Michael Traulius, Theophilus pater et filius, vitam miserissimo interitu finierunt; sed de supplicis reorum laesa Maiestatis nostrae Mariae Virginis potentissimae sanctissimaeque Reginae, libro huius operis 15.

S. C.

Idem auctor (*ibid. cap. 80*): Eremita Ioannes, vir maximi nominis, et rarae sanctitatis in spelunca vitam egit, quam speluncam sacrae civitatis Hierosolymae vicinitas fortunabat. Erat Ioanni divae Mariae integerrimae Virginis et foecundae matris Deum Filium gestantis, in gremioque foventis, imago charissima, solitudinis sociata, aditrix itinerum, religionis incitamentum: nam quotiescunque vel voti, vel sanctitatis causa Ioanni peregrinandum esset, id, quod non minus studiose quam frequenter agebat, ad sacrae huius aram imaginis ceream accendebat, emissisque precibus et se, et iter sumum clementissimae Virginis, quam domestici illius simulacri modesta, eademque serena facies adinbrabat, ex animo commendare solebat. Sanctissima humanae generis et mater, et domina, haec arant verba precantis Ioannis, quandoquidem multum via paratur et anceps, et longa, diesque plurimos abesse me oportet; haec tibi sit candelae curae, cuius lumen opto esse perpetuum.

Tu igitur lucidam, inflammatamque conserva, persequere ut eam talem redux inveniam, quam relinquere nunc tibi: da hoc mihi pro tua in homines charitate, proque illa potestate, quam tibi tuus unigenitus filius tam larga manu permittit. Haec cum Virgine, in eius intuentem imaginem, collocutus, se alacer dabat in viam; concoloque itinere ad speluncam reversus, alias trimestri, alias semestri exacto spatio, ardentem ceream semper invenit. Deo per matrem, cui nihil negare solet, prodigium illud, miraculumque patrante, piamque S. monachi et viam, et fiduciam factis admirabilibus prosequente.

S. CI.

Carolus Sigonius (*libr. 1. de Regno Italiae*) eisdem fere verbis: Romae farentis in dies acurios pestilentia, urbs assidens funeribus exhauriebatur. Itaque moestam ubique silentium, tristisque luctus passim universam civitatem tenebant, praemittentium malorum magnitudinem animum despondentem: qua re animadversa, Gregorius 4. Kalend. Septembr. populum ad concionem in basilicam s. Sabinae vocavit, et divino repletus spiritu: ad flagella flagellis avertenda plebem incitavit: in fine haec adiecit: *Et singulis autem aedibus in hunc modum egressi, in aedem b. Mariae semper Virginis Matris Iesu Christi Domini nostri conveniamus, ac longis ibi fletibus et gemitibus Domino supplicantes peccatorum nostrorum veniam imploremus*: et paulo post: interim in dies magis pestilentia saeviebat; ad ceteros autem casus, quibus homines foede passim absumebantur, hoc etiam mali accesserat, quod multi, cum steruantent, alii cum oscitantur, repente spiritum emittebant. Quod cum saepius eveniret, consuetudo inducta fuit, quae nunc etiam observatur, ut steruantibus salutem precando, osculantibus signum crucis ori admovento praesidium quaerent: quibus rebus permotus Gregorius, ad cetera coelestis irae piacula, postero anno, qui fuit quingentesimus nonagesimus primus, religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit, atque solemnem in pompa sanctae Dei Genitricis imaginem extulit. Haec ex ore eius Lucae Evangelistae manu affabre facta ad vivum expressa iam tum in aede divae Mariae ad praesepe in exquilis sita eximia populi religione conservabatur. Factum est autem, ut imaginem ipsam, quocunque ferretur, terra pestilens coeli gravitate cedente, optata salubritas sequeretur: qua de re gratulantibus omnibus, ecce angelus sanctam Virginem his vocibus de coelo alloquens, est auditus: *Regina coeli laetare alleluia, quia quem meruisti portare alleluia, resurrexit, sicut dixit, alleluia*. Quam orationem ubi Gregorius auribus excepit, statim divino instructus spiritu, in hunc modum explevit: *Ora pro nobis Deum alleluia*. Exinde, antiphona solemnem ecclesiae paschalis argumento laetitiae mansit: neque ita multo post angelus super Adriani molem astans, ac strictum mucronem vagina recondens, consp-

tus est: quo viso Gregorius exhilaratus, converso ad populum ore: Bono omnes, inquit, animo estote, nam optatus divinae irae, ac futuris iam pridem pestilentiae finis, Deo ipso annuente ostenditur; atque ita ut ille praesens sit, ipse debere morbus elanguit. Ab hac re molli, sancti angeli nomen est inditum. Haec ita ut in ritualibus scriptis sunt retuli; Signum, aut, cuius hucusque verba protulimus. Et haec quidem beatissimae Dei Genitricis effigies ex templo, ubi erat ad sancti Sixti, translata est, et a divo Dominico, multo Cardinalium, et mirabundi populi comitatu, nudis deportata pedibus, quae sacrae sorores, quae sub eiusdem Domini vexillo militabant, nudis illidem pedibus expectarunt; seque beatissimas putaverunt, quod eam imaginem, quae humani generis hospitium ad vivum exprimeret, annuente Christi Vicario possiderent. Divum porro Gregorium Virginis peramantem fuisse, et haec, quam modo exposuimus, monstrat historia, et litterae ad Petrum subdiaconum missae declarant. Siguidem beatae Mariae oratorium dicantur, ad convivium illud, quod Agapen veteres Christiani dicebant, illa parari iubet his verbis: *Sed quia cellae ipsius tenuitas exigit, debere nos in ipsa diei festivitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonae modios ducentos, olei orcas duas, vervecis duodecim, gallinas centum, quae tuis possint rationibus postmodum imputari*. Noverat Gregorius liberalem se esse debere, sacellum Dei Matri dicantem, cui et est, et fuit semper pergrata benignitas.

S. CII.

Tilmannus Bredenbachius (*lib. 3. cap. 19*): In Embriensi urbe, quaedam Odilia nomine, a prima aetate clauda atque impropria, cum ad sanctae Aldegundis templum, vel manibus alienis delata, vel pedetentim ipsa pervenisset, et coram Deiparae Virginis imagine provoluta, preces fidelis, speique plenas, ex intimo cordis sinu fudisset, neque multo post e terra surrexisset, a colloquio illo, congressuque Virginis, sanitate membrorum reportavit, benignissimaeque Mariae Dei Matri gratias egit, quanta maxima poluit animi pietate. Sequuta quoque populi laetitia, et campanae ob miraculi gloriam laetissimae sonuerunt. Haec Tilmannus ex probatissimae mulieris ore cognovisse se ait, quae Anna dicebatur, cui Odilia cognita erat, et in illa debilitate membrorum, claudicandique molestia, et cum beatissimae Virginis beneficio, rectis iam et solutis pedibus incedebat, compluresque alios, quibus habenda fides fuisset, hoc ipsum sanctae Odiliae miraculum irando confirmasse. Eadem Anna vidisse se aiebat hanc Deiparae imaginem, vim lacrymarum profundentem, iisdemque religiosi cultusdam manu, adhibito interloquio, absteris novas defluisse, imaginisque peccetis praec lacrymarum abundantia maduisse,

liberabo, et in conspectu filii mei pro ipsa astabo, et intercedam, ac consolabor eam. Tunc ipse beatus Thomas, adorando eam, et gratias agendo dixit: *O gloriosa colorum Regina, et super benedicta Domina mea, dic quaeo mihi, quae sunt ista tua gaudia in caelo, de quibus te salutare debeo. At ipsa beata Virgo septem ei gaudia enarravit, quae subscribuntur, de quibus ipse sanctus Thomas Cantuariensis pulchras laudes edidit: quas etiam in certis ecclesiis solent quidam pro sequentiarum loco decantare in haec verba: Gaudere flore Virginali, quae honore speciali transcendis splendorum principatum, et sanctorum decoratum dignitate numerum. Ecce primum: Gaudere sponsa chara Dei, nam ut clara lux dici, solis datur lumine. Sic facis orbem fere, tuae pacis resplendere, lucis plenitudine. Ecce secundum: Gaudere splendens vas virtutum, cuius pendens esse ad nutum: tota coeli curia, te benignam, et felicem, Iesu dignam Genitricem, venerans in gloria. Ecce tertium gaudium: Gaudere necu voluntatis, et amplectu charitatis, quod iuncta sis Altissimo, ut ad votum consequaris, quidquid Virgo postularis a Iesu dulcissimo. Ecce quartum: Gaudere Virgo Mater Christi, quia sola meruisti, o Virgo piissima, esse tantae dignitatis, quod sis sanctae Trinitatis sessione proxima. Ecce quintum: Gaudere mater miserarum, quia pater saeculorum dabit te colentibus: congruentem hie mercedem, et felices poli sedem regnis in coelestibus. Ecce sextum: Gaudere Virgo mater pura: certa manens, et secura, quia tua gaudia non cessabunt, nec decrescent, sed durabunt, et florescent per aeterna saecula. Ecce septimum, et post singulos versus, Gaudere, addunt devote salutationem perorando Ave Maria.*

§. CVIII.

Idem Pomerius (*ib.*), refert: Legitur in legenda communi nativitatibus beatae Virginis, quod erat quidam fur, qui saepe latrocinia exercebat; sed tamen beatam Mariam plurimum in devotione habebat, et eam crebrius salutabat. Quadam ergo vice furtim rapionem aliquam, tunc capitur deprehensus, et suspendio indicatur. Cum ergo suspenderetur, confinio beata Virgo eidem affuit, et suspensum tribus diebus, ut sibi videbatur, suis manibus sustentavit, ita quod nullam laesionem pensensit. Illi vero, qui eum suspenderant, die quarta casu inde transeuntes, cum viventem vultu alaceri repererunt, et arbirantes, quod non bene fuerit repererunt, et arcibus, gladio ipsam iugulare volebant. Sed h. Maria ferientium gladiis manum opponebat, et illi sibi nocere nihil poterant. Cognoscentes ergo, illo referendo, quod beata Maria sic eum invaret, mirando, eum deposuerunt, et amore Virginis abire liberum demiserunt, qui abiens, monasterium intravit, et quoadque vixit, in servitio Dei Genitricis permansit. Ecce patet, quia beata Virgo in se sperantes, ac ad ipsam confugientes, non derelinquit, ipsamque laudantes, et ei devote servientes, a periculis, et hostibus salvavit.

§. CIX.

Tilmannus Bredend. (*lib. 3. divin. insinuat. cap. 20*): Solemne s. Gertrudi fuit quidquid gratum, s. naeveque accideret: quod amantium est proprium, ad praepotentem illum Deum, quem amabat, charumque habebat, sine mora referre, et illi attribuerre, a quo omnia laudabilia, velut ex fonte fluxissent. Quamobrem quotiescunque aliquid vel legi, vel dici videbat in beatissimae Dei parentis, sanctorumque gloriam, et laudem eiusmodi, quo movere posset affectus, statim ipsi Regi regum, et dominorum Domino, quem toto animo diligebat, et supra res omnes amabat, dulcissime adhaerebat, cuius multo ei erat recordatio iucundior, quam coelium, quos factorum dierum celebritate, et laudum praecognitione mater Ecclesiae recoleret. Ergo in festis angeli, sacrosanctae Virgini nostrae salutis, et liberationis mysteria nunciatis, cum beatissima Virgo nullo non tempore a concionatore laudaretur, neque de saluberrimo assumptae a Christo humanae carnis, et naturae opere ac beneficio sermo iustus esset, ac mentio oratoris non quidem pielectam, sed diligentiam Gertrudis requisivit, et rei maxinae oblivione in verbum modestissimis accusavit; cumque in reditu saeculum quoddam ingressa, ad altare Virginis salutationem angelicam recitasset, verbisque illis: Ave Maria, gratia plena, citius decursis, ad Iesum benedictum ventris fructum prepararet, in isque iohareret, insisteret, et quasi de pleno fonte dulcedinem hauriens, multo diutius moraretur, vereri coepit, ne in Matris indignationem incurreret. Timent, atque haesitant benignissimus animarum consolator illis verbis occurrit: Ne timeas, charissima: ea namque vel salubatio, vel laus, qua me dulcis, quam meam Matrem, amplecteris, appellas, affaris, Deiparae iucundissima est, quae me semper vult esse praeclearum; moneo tamen ut utraque suavissima tibi res sit: quod, cum mihi pergratum est, tibi debet esse iucundum: sunt autem gratissimi quicunque meae matris memoriam dulcissime prosequuntur. Docet haec historia, prudentes Virginis cultores, qui, Deum mente complexi, secundas Mariae tribunt, divinaeque Matris recordatione, quae talem nobis filium peperit, suavissime recreantur. Quae vero, Mariae auditio nomine, in hominum sensibus innascitur iucunditas, Dei in gens donum est, beneficiumque praeclearum.

Silvanus Razzius, monachus Camaldulensis, quem ex Italo Latinum fecit Hieronymus Vincemala (*de mir. s. Virg. lib. 3. c. 15*): Vir nobilissimus, cuius uxor in Virginis fidem, et clementiam sese dederat, cum nullo haberet libero, Deum suppliciter obtestatur, ut prolis dulcia praemia nosse sibi liceret. Voti compos, filium ad christianam disciplinam, et pios mores erudit. Iam infans esse desiderat, cum ab aliis pueris floribus, et rosae sertae contexti, idem ipse facere, illisque cum magna pietate Virginei cuiusdam simulacri frontem exornare, neque unquam ullam diem intermittere. Natu grandiozem, parentes matrimonii

vinculis impedire cupiebat. At ipse, qui Deo, eiusque Matri virginitatem sartam tectam, quod aiunt, integrum servaturum se voto promiserat, in coenobium migravit eorum, qui s. Brunonem sequuntur auctorem. Ibi quotidie magis, magisque proficiens, firmiora in dies sanctitatis fundamenta iaciebat. Quod vero neque in illam vitae rationem conveniens esset, neque flores, et rosas hyems dura progigneret, institutum coronandae imaginis intermittere oportuit; alio tamen pro re, ac tempore consilio sui moderatoris remedium inivit: qui, ut alii scribunt, tacente Silvano, huic adhuc novitio, quod rosae in promptu non essent, paranti recessum, desperantique Virginis caput a se redimiri iam posse, salutis fuit, moneo, ut pro rosae quinquagenas salutationes offerret angelicas, ac denis quibusque Dominicam subiceret precationem: eam coronam Deiparae fere gratiore. Paret, obtemperatque novitius, manendi iam certus, ac florum vice, ex Christi oratione et angeli Gabrielis alloquio, rosea, floridique sertae Virgineo capiti quotidie componebat. Progredientem cum ipso tempore iustus religiosi virtute, factus est cuiusdam illius familiae praefectus, ac rector, pro muneris autem necessitate commissi, faciendum iter aliquando fuit, eundemque peregre satis. Ex oblivione tamen orobentibus animi curis, piam illam quinquages, ut Silvanus scribit, salutandae Virginis consuetudinem, diem unum intermisit, cumque in vastam sylvam ingressus, saepe memor iniuriae, ad salutandam de more Virgine, a sociis disjunctus, secessisset, repente latro erumpit et laceris, qui precanti monacho manibus iniectis, equum, resque omnes ademit, vitam etiam haustus, nisi Virgini misericordia, imminens periculum depulisset. Iam latro letum intenderat, ut inermem occideret, cum puer formosus intervenit, qui ex monachi ore prodentem centum rosas collegit, ex quibus contextam coronam cum suo capiti imposuisset, in coelum revolavit. Id ubi latro animadvertit, et homicida nefarius ad praefecti pedes se abiecit, et iis, quae puer ille celestis egisset, singillatim expositis veniam postulavit: quin et excussor ipse eidem se, et instituto coenobio libenter addixit, et reliquam vitae partem cum sanitate traduxit; haec ita Silvanus, Vincemala Mediolanensi Casuideo interprete. Sed si Dominicis quibusdam Rosarii scriptoribus credimus, non unus tantum latro fuit, sed multi, et meliores facinoris, et miraculi testes. Neque Carthusiano huic Priori manus allata, ademptumve aliquid, procul venientem, quod est creditum, exploraverunt, sed eundem a sociis observant: ubi precari genibus inflexis coepisset, formosissimam astitisse matronam, quae ex monachi psallentis ore tot albas rosas educeret, quot ille salutationes recitaret angelicas, candidam ex denis quamque rubicandam una sequente, quae Dominicae precationis index esset. Ex utrisque ab illa pulcherrima Virgine coronam esse contextam, ubi capiti imposuisset, subito esse dilapsam. Latrones vero exterritos ad Priorum supplices adisse, de Virgine illa percontantibus, nihil se scire dixisse: tum a latronibus

expositam ex ordine visionis historiam, infundisseque in omnium animis, Deiparam fuisse coelestem, quae suam viatorem defendere voluisset. Illo ex tempore Rosarium latronibus cordi esse coepisse, rapere, et occidere desinisse, plebique universae promulgatum. Duo gravissimi huius sceleris accusati sunt, causaque cognita, capitis ex lege damnantur. Martinus, qui legis suavor fuerat, ubi praeclearus, et animarum salutis procurandae imaginis intermittere, alio tamen pro re, ac tempore consilio sui moderatoris remedium inivit: qui, ut alii scribunt, tacente Silvano, huic adhuc novitio, quod rosae in promptu non essent, paranti recessum, desperantique Virginis caput a se redimiri iam posse, salutis fuit, moneo, ut pro rosae quinquagenas salutationes offerret angelicas, ac denis quibusque Dominicam subiceret precationem: eam coronam Deiparae fere gratiore. Paret, obtemperatque novitius, manendi iam certus, ac florum vice, ex Christi oratione et angeli Gabrielis alloquio, rosea, floridique sertae Virgineo capiti quotidie componebat. Progredientem cum ipso tempore iustus religiosi virtute, factus est cuiusdam illius familiae praefectus, ac rector, pro muneris autem necessitate commissi, faciendum iter aliquando fuit, eundemque peregre satis. Ex oblivione tamen orobentibus animi curis, piam illam quinquages, ut Silvanus scribit, salutandae Virginis consuetudinem, diem unum intermisit, cumque in vastam sylvam ingressus, saepe memor iniuriae, ad salutandam de more Virgine, a sociis disjunctus, secessisset, repente latro erumpit et laceris, qui precanti monacho manibus iniectis, equum, resque omnes ademit, vitam etiam haustus, nisi Virgini misericordia, imminens periculum depulisset. Iam latro letum intenderat, ut inermem occideret, cum puer formosus intervenit, qui ex monachi ore prodentem centum rosas collegit, ex quibus contextam coronam cum suo capiti imposuisset, in coelum revolavit. Id ubi latro animadvertit, et homicida nefarius ad praefecti pedes se abiecit, et iis, quae puer ille celestis egisset, singillatim expositis veniam postulavit: quin et excussor ipse eidem se, et instituto coenobio libenter addixit, et reliquam vitae partem cum sanitate traduxit; haec ita Silvanus, Vincemala Mediolanensi Casuideo interprete. Sed si Dominicis quibusdam Rosarii scriptoribus credimus, non unus tantum latro fuit, sed multi, et meliores facinoris, et miraculi testes. Neque Carthusiano huic Priori manus allata, ademptumve aliquid, procul venientem, quod est creditum, exploraverunt, sed eundem a sociis observant: ubi precari genibus inflexis coepisset, formosissimam astitisse matronam, quae ex monachi psallentis ore tot albas rosas educeret, quot ille salutationes recitaret angelicas, candidam ex denis quamque rubicandam una sequente, quae Dominicae precationis index esset. Ex utrisque ab illa pulcherrima Virgine coronam esse contextam, ubi capiti imposuisset, subito esse dilapsam. Latrones vero exterritos ad Priorum supplices adisse, de Virgine illa percontantibus, nihil se scire dixisse: tum a latronibus

§. CX.

Hieronymus Faxius (*in tractatu de Rosario*): Cum Barcinone Rosarii sancta societas prope dissoluta esset, et pene venisset ad nihilum, Dominicis, quibus in ea urbe Catalaunorum principe sancta illa coitio curae fuerat, de cursum erigenda, et quasi humo excitanda laborarunt. Eorum conatus ita feliciter Virgo respondit, cuius gloria agebatur, ut nomina quamplurimum darent, seque ipsi certatim profiterentur: erat enim illa census praecleara, nec magis corporis, quam animi rebus opportuna. Inter alios una quaedam mulier tam prompto, et alacri animo societatem inivit, ut Rosarium quotidie praecaret. Inter salutandum a coeli Regina nominatum petebat, ut se periculis ti-

beraret, eventu non irrita. Erat huic maritus immittis, et asper, quem inanes suspiciones, ridendique timores duriores difficiliorum reddiderant. Quocirca de uxore, tum religiosa, tum pudica, male sentire, adulteram putare, somnium, et fictam fabulam perhorrescere, nullis argumentis ad suspicandum pertrahi, sine causa, vel occasione potius perperam opinari, coniugi innocentissime militari quotidie; et cum omnia seus interpretari non intermitteret, neque tam se melancholicum, id quod res erat, quam uxorem suam moecham duceret, nocte quadam non solis illis imaginibus delusus, sed furis etiam agitatus, in animum induxit, uxorem occidere, et malorum, ut ipse aiebat, radicem extirpare. Itaque pugionem o vagina eduxit, insentem foeminam humi deiiecit, ferrum vibrat, et brachium ad caedem intendit. Mulier morti violentae vicina, et subito illo casu turbata, tamen ad clementissimam Virginem, quod per temporis licuit angustias, sese tremebunda convertit, et haec illi O Dei Genitrix, et semper Virgo purissima, et quae sodalium Rosario ceteris, immerenti mihi, scis enim, in hoc tanto discrimine subveni, et tempestive succurre. Praecipue hominis iracundia fanatici brevem hanc precatumculam vix est passa fluiri, totoque animi efferati impetu pugionem impressit, eam plagam conatus imponere, quae negotium sola transigeret, et suam inimicam, hoc enim semper nomine appellabat, de medio tolleret, quam quotidiano sui animi, et cordis tormento suspietaret. Res mira, memoriae prodenda, ut corpus illud sicca atlitig castum atque siucerum, cereae instar emollita reflectitur, ac retorquetur, ut non vestem quidem perstringeret, ut ille in parte signaret, et quae innocenti peperit, immanis parricidae poctus effudit, qui gladii hebescentem aciem admitravit, quem uxoris sanguine stillantem se putaverat educturum, immutatus animo, lacrymabundus, et supplex veniam ab inculpata uxore postulavit, et Deiparae beneficium agnovit, ancillam sibi devotam liberantis. Igitur die postero Praedicatorum coenobium nterque contax invisit, et in Rosarii sacello, unde Virgini cognomen erat in urbe, Deiparam bene merentem ambo venerant. Alter se sanum, altera salvam gratulatur. Vixque ipse Rosarii sodalis est factus, cuius se deinceps studiosum praebuit amatorem, precatoreque perpetuum. De miraculo Dominicanos maritus, uxore vere, ac fideliter edoctos, mirabiliter oblectant. Sicam retusam, ac reflexam in sacello Virginali reponunt, atque appendunt, ad rei tantaе, talisque memoriam. Actum hoc est mense Iunio anno 1550.

§. CXI.

Alanus Rupensis, et Alber. (*in utriusque de Rosario libri*): Cum Regulus quidam, ex uxore sua complures liberos suscepisset, atque in his filiam procreasset, quo masculam prolem recederet ditiorum, et ad utile suum genus pinguior haereditas perveniret, quae mulier nata

esset, in monasterio conclusit, cuius spiritalis fabrica rimas agere videbatur morum sanctiore disciplina senescente, propter commorantium accusabilem socordiam, ac dissolutam vivendi rationem. Nam otia centum, unde totidem voces ruerent, colloquii externorum nunquisque patefecerat vitae licentia sororum. Cum vero sacerdos, qui virginibus erat a confessione, dyonastae huic filiae, quam diximus, licet sociarum moribus depravatae ingenium, atque indolem perpendisset, flexibilemque naturam, qualis est fere nobilitum, doctemque animum considerasset, spe alacer, de novitia quaesivit, utrum Rosarium percurrere, et beatissimae Virginis flores illos offerre consuevisset. Novitia nihil aliud se nosse respondit, quam quod monasterii sorores rapim docuissent: eis se magistris, quaedam neque magna, neque multa didicisse: Rosarium enim modo mentionem fecisset, ne de facie quidem sibi esse notum. Atqui Pater ait: Magna Rosarii salubritas est, fructus copiosus, dulcedo tanta, quantam qui non secessant, minime suspicantur. Illius sum valde opportuna ad ea, quae profulerent utenda. Cum Virgo addubitasset, atque ultra fidem et veritatem illa de Rosario dici existimasset, tamen quae perciperentur, se recipit esse facturam, exporturamque quid esset, neque tam sui fore inimicam, ut Rosarium omittet, si morum puritatem, animi requiem, et vitae mutationem illo genere praecationis inveniret: quae tria sacerdos ille monachus de Rosario pollicitus, virginis animum exilarat. Invitat, impellitque sacerdos, et de quo Rosario eadem illa, quae prius, affirmare, alioque spondere perseverat. Rationem una docet de quindecim illis mysteriis philosophandi, ac divae Matris gaudia, dolores, et gloriam mediandis, praecipit instructa recitat, recitatque Rosarium; neque mores solum, sed pellem prope ipsam virgo mutavit, illa adfirice, atque auspice, quae large remunerat sibi famulantes. Obita iam tandem professione, malus daemon per suos satellites, et administratos constantem virginis animum vehementer oppugnavit: cum enim illo in coenobio, tam novae, quam veteres licentius vagarentur donis, ac litterulis, prohibente, sollicitabatur, multique adolescentes, quos egregia huius virginis forma commoverat, pretio, et precibus sacram Dei sponsam pellicere lentaverunt. Sed quae animum habebat multo pulchriorem, quam corpus, hostiles gladios fortissime retundebat, et inimicorum telis continentiae, despicientiae, silentiis ac scutum opponerat, se etiam Rosario armat ad pugnam, cuius erat experta scititatem. Generosae, religiosaeque virginis sanctitatem, a sociarum moribus abhorrentem, et amatorem studiis adversantem, domesticarum ille grex non tulit caprarum potius, quam ovium, quas olidus hircus oblectat, et foetidus. Adolescentulum, quos haec casta Vestalis spererat, turba petulans, atque lascivia morsualem virginis deridebat, hos dolor, illas cruciabat invidia. His enim obnoxia telis est percubati hominis sanctitas cum improbris habitantis: patitur, qui eiusmodi est, foris pugnas, intus li-

mores, qualia d. Paulus sibi evenisse testatur. Nova Christi ancilla huiusmodi praclarum insolens, et inexpecta certaminum, animo vehementer angebatur, remque omnem ad Deiparam referens, Rosarium, non minus confisa, quam religiosa, et peralenta vivebat. Quo in moerore, quodam occupata die, de coelo cadentem vidit epistolam, cuius haec erat inscriptio: Maria Mater Dei filiae Ioannae salutem. Litterarum illa sententia, Filia mihi admodum chara, Rosarium istud meum, ut institui, fac recites; semper viros fuge, et omnium omnium consuetudinem vita, qui tibi ad virtutem, veram animi libertatem capessendam minus professe videbantur. Caveto desidiam, inertiam, atque otium, rerum lautitiam et ornatum curiosiorem remove, et tum repara cubiculum, in quo nonnulla remanent digna, quae a religiosa muliere repellantur; horum in locum Christi, et Sanctorum imaginum, et sacramentorum signa sufficito, quorum te patrocinium, defensionisque servabit. Si me audies, et quae tibi faciendae praescribo, morigeri cultu perficies, et gratia apud Filium meum valebis, et ego pro te Deum omnipotentem in tuis rebus afflictis appellabo. Perfecta epistola, dolorem, timoremque Christi serva deposuit, atque ex illis moeroris, et aegritudinis emersa fluctibus ad pacis, et sanctae laetitiae portum suae mentis naviculam applicavit. Annus aberat, cum Abbas venit, ad quem illius coenobii cura pertinebat, quae deciderant, collapsaeque erant, repositurus, si posset renovaturusque non monasterii parietes, qui integri stabant, sed mores, quorum splendor obsolecebat. Fuit inanis conatus, et labor, externis quibusdam pro licentia monialium, libertateque pugnantibus. Rediit, altero evoluti anno, damnis et malis offensus, de quo coenobii illius miseria, et infamia sollicitus: venientem magno applausu virginem exceperunt, nihilque negotii a potentibus externis, vi quadam divina prohibitis exhibetur. Nocte quadam, novo huic Abbati pro monasterii salute, proque sororibus exubanti, atque Deum honorum omnium largitorem, expulsoremque malorum exoranti, perspecta lux est, quae Ioannae cubiculum undique collustrabat: media in claritate, coeli Reginam videt, angelorum agmine constipatam, quibus Ioanna sociata, precibus insistebat: simul aspexit prope Ioannae cellulam daemonum ingentem multitudinem, sub diversarum imaginibus bestiarum, quae Deiparae issu relegatae, ac repulsae ad fatuarum virginum cubicala transierunt, aliasque aliae cellas occuparunt. Hoc viso Abbas pene exanimatus concidit: ut se collegit, Ioannam accersit, visa narrat, sciscitatur, quae sint vitae officia, artes, exercitationesque virtutum, ratio comprecaendi, quid agat tempore matutino, quibus obsequiis talem, ac tantam hospitium demeretur. Ioanna Rosarium se recitare respondit, et ex Virginis praescripto vitam ordinare. Mirari Abbas vim, potestatemque Rosarii, quae Virginum Virginem coelo devocassent, tantique illius, et honoris, et beneficii originem in Rosario fuisse cognoscens, Rosarii assiduitas tam nulla impetrasset in eam

adducitur spem, ut monasterium Rosarii remedio restitui, et quasi decoloratum repingi posse arbitretur. Ergo rosaria quam plurima comparat: ornari ea, et poliri quam pulcherrime iubet, suum cuique sorori donat, nullo non die recitandum. Id virginis studioso facit, tum religione ipsa Rosarii virginialis, tum Abbatis commolae sermonibus, magna, et admirabilia de usu illo glorum promittentis. Haec una res, patrocinante de coelo Deipara, tantam fecit medicinam, ut monialibus iis, quae vagae ante illud tempus, solutaque fuissent, nihil secretius, nihil esset honestius, loquacitatem perenni silentio, laxitatem, atque licentiam, severissimo, arctissimoque recessu mutaverunt. Quae vero meliore erant forma, quam fama, a castalibus insidiis quam longissime refrigerunt. Rosae quidem, quarum beneficio ex morbo multiplice convalescent, ad sanitatem quoque tendunt, et adhibita sunt, et retentae, beneque olere monasterium coepit, quod morum corruptela, quae foetidissima est cloaca, putuisset.

§. CXII.

Ex Rosario Alani Rupensis Sanctae Theologiae Magistri: Quidam ex miseriae devenerat, ut Caini, proditorique Iudae discipulus, de aeterna salute diffideret, atque eiusmodi peccatis irretitum se esse dicebat, quibus venia danda non esset. Huius vitae finem sempiternae saepe mortis aiebat esse principium. Nihil recte facta, nil experimenta professe, nihil unquam profutura divinae misericordiae, iniurius illa et vivebat et sentiebat, ut ex inferum incolis suum tartareas poenas praecipere videretur. Hac aetate, ait Ioannes Bonifacius (*de histor. Virg. lib. 3*), vivebat bonus ille Alanus mirus interpres, historicusque Rosarii; unde nos praecelata quaedam exempla mutamur: qui perditio hominis miseria cognita, ad eum se confert, verbisque a pestifera sententia deducere adortus, nihil orando perfecit; se Alanus et infanem, et qui quod vellet, assequeretur, ratus indignum. Vir plane modestus et sui contempler admirandus, alios adducit Oratores. Ut enim quicquid gravissimus affectus est, ita diligentissime curandus, neque tali in re uno medico, quamvis exercitato et bono contenti esse debemus. Itaque Doctores veniunt, suosoresque gravissimi, sed re infecta, inorataque causa revertuntur. Dolet Rupensis, feram illam indomitam, efferatamque persistere, caesque contemere, quos et strennos et fortes inmississet, neque si momordissent, magno opere bestia laborabat, quae vim amiserat sentienti: quid enim concionalior magno opere facere possit, ubi se non auribus et oculis modo, sed cetero etiam sensu privavit auditor? Actum de se miser ille, conclamatumque iacebat, et in tam altum diffidentiae quasi barathrum fundumque se ipse depresserat, ut ad eum ne accuratissime quidem vox, et contentissima perveniret. Proponebatur rex ille Manasses et cultu Deorum, et caede infamis pro-

phetarum, cui poenitenti, ac seipsum relaxanti, gravissimorum scelerum veniam misericors noster Dominus condonavit. Magdalena, Matthaeus, Paulus, ac latro ille felix, divinae clementiae testes citabantur, quae tamen frustra esse collecta, miserissimi hominis pertinacia monstrabat. Inferorum sempiterna supplicia, perennes coeli deliciae obstinatum hominis animum, et cor lapideum emollire non poterant. Commemorabat idem Alanus multos ex iis, quos quotidie Christus immutat, quo misero illi recenti testimonio fierent credibilia, quae movebantur, sed nullus in historia, quamvis et nova, et vera profectus. Erat, inquit Alanus, dolor mihi intimus, ex tam misera hominis caecitate animum ita despondentis, ut omnia omnium medicamenta respueret, ne, ue ardentem orationem ad animum pervenire pateretur. Cumque omnia animo et mente lastratus, aut nulla, inquam, desperato homini salus iam est, aut illa una relinquatur, Rosarium ut recitet, cuius in obfirmato homine terata adhuc medicina non est. Oratur Rosario Christus, fons ipse bonorum omnium, oratur precatione illa, quam ipse discipulis tradidit; salutatur Virgo Deipara angeli, et Elisabethae verbis, et ad filium conciliandum adhibetur interpres; preces illae, quarum est Pater noster initium, quod religiosus emittantur, decies Ave Maria repetimus, et fracti illi benedictimus, propter quem fructuosae nostra sunt opera. Rosas tales, tamque mirabiles huic aegerimo libet apponere. Haec ad hominem adeo, atque me illi ita demum insinuo. Gravit et iniquo animo ferendum est frater, nullum quod meum, aliorumve consilium accipias, preces repudies, orationemque illam aspernare, quae ad tuam salutem tota confertur. Nunc ergo, quando te esse christianum profiteris, et nos ponimus te esse catholicum, Dei Matrem non honorare non potes, atque eius numen agnoscere, et potentiam praedicare. Annuit se credere, quae mater credi Ecclesia, et Deiparae non ingratis sibi esse memoriam. Ergo illud ne nega mihi, quod est factu facillimum, Virginique gratissimum. Et quid sit, et quale? Ut sis meus ex sodalibus conscriptis, recitesque Rosarium. Aut enim nolum iam tibi remedium est, aut hoc unum restat et nullis. Equidem non dubito, quin tamsis morbi levationem habiturus. Oratus ac prope defatigatus, Rosarium accepit, nonnullaque pietate pensum omne peregit. Non multi menses abierunt, cum tanta secuta est mutatio, quantum vix eroderent, qui hominis pietatem cognovissent. Morum, et vitae sanctitatis ille progressus fuit, ut accepti Rosarii minime poeniteret. Cumque ad solidam spem, quam animo conceperat, recte facta non cessaret adtingere, hominis vere Christiani functus est munere; novaque illius et beatuae vitae tenorem servavit ad finem. Haec Alanus, cui laurus ille cessit immanis malatus in agnum: quae Rosarii cultum agere possunt, et memoriam sacrosanctae Virginis cum dulcedine renovare.

§. CXIII. In illius domo
ut maxime illi dicitur, ad hunc modum
sibi omnia committenda tradidit in amplexu

Ex Chronico Ferdinandi a Castello (*tom. 1. de reb. sanct. Domin. cap. 34*): Parisiis divo Dominico alacriter concionante, vir quidam summae potestatis, et opum maximarium in eadem urbe commorabatur, vitis omnibus, sed maxime libidini deditus, qui morbus ita in hominis animo invehaverat, ut neque monitis, neque precibus locum relinqueret. Habebat in matrimonio foeminae sanctitatis laude precelebrem, et Galliae regum stirpe generatam: haec et expedita viri vita, et ex ipsa pellicana naturali invidentia gravem animo capiebat dolorem: nam Dei offensio ex viri obscenitate dolori erat, et sibi concubinas esse praedatas aegre admodum tolerabat: quin et ipsa, quod minime debuit, ultra virum, adulteria vicissim cogitabat. Huic perturbationisae matronae monstrata per visum inferorum illa supplicia, quae ob brevem voluptatem, aeterna libidinosi paliuntur. Pro mollibus lectis fornaces gravissimis incendiis aestuabant, libidinosos horribiles dracones imminuebant, tam arcto complexu, ut se neque defendere, neque expedire possent; ex draconum oculis, auribus, atque ore flammae erumpbant terriberrimi odoris: ardentis sulphuris venas diceres, veneno multiplici, immundoque permixtas. Haec fano putulenta, corpus omne a capite ad pedes instar perleuebat, et ad viscera usque fornacis instar ardentia permanbat. Dracones liquefactum aes undique profundebant ita medicatum, ut perruptis illis partibus, quae dolorem omnium maxime sentiunt, clamare et vociferari tam lente cogentur, ut plangoribus tartara renouirent. Et tamen mori non poterant, cum id maxime cuperent, scilicet desperato sine tormentorum Locum quoque viro suo praeparatum aspexit, dolori, sempiternaeque miseriae, si ita vivere pergeret, subeandis. Soluta somno, coniugis miseretur, cogitavitque poenitentia flagitii, suoque adhuc zelotypiae tabescens cruciatus, divum Dominicum convenit poenae relevandae, quae dies noctesque cruciabat animum. Bonus Pater mulieris hanc aegritudinem sacra illa rosa curavit, quam de manu Virginis accepisset, et salutarium calculatorum religioso sodalitate persuaso, animum ab illo moerore ad laetitia in iucunditateque traduxit. Quin et suum ipse Rosarium matronae dedit, ac post quindecim dies, quos in eo pervolvando positura esset mariti nocte dormientis, ut capiti supponat, admonuit. Hoc accepto munere, dum perplena revertitur, ac sacri funiculi globulos omnes pie ac religiose, ut erat iussa, precando percurrit, quo evoluta tempore, sub quiescentis coniugis pulvinari locat, remque totam Deo, eiusque beatissimae ac beneficentissimae Matri commendat: qua primum nocte Rosarium suppositum est. Vir ille primarius vehementer contremuisse dicitur, et vim magnam lacrymarum profudisse: inque uxoris manibus, et gremio totum se lamentis dedidisse, Deum implorasse, suae uxoris se precibus commendasse. Consequenti nocte consopitum vocat ad iudicium Deus, daemonum turba cir-

cumstante, et innumerabilium flagitorum, quae opponebatur, ulionem debitam flagitante. Fuit tanta in dormiente anxietas, ut somno obruto, conflictaretur vehementer, veniamque adullerium ab uxore peteret, emendatione promissa. Nox levata, subiecto tadem, quod nesciebat ille Rosario, omnium maxime horribilis fuit, siquidem in somnio tractus ad inferos, poenas vidit, quibus illic turpis voluptas, et obscena punitur; neque oculis solum, sed celero etiam corpore doluit, eorumque tormentorum, quae in illis sedibus libidinosi, mulierosque perferunt, partem aliquam dormiens, vivensque praesensit, et in illis cruciatibus, qui corpus vere torquebant, tamen persistit, dum angelus fautor occurrit, qui cum hominem ex illis tormentis eripisset, Rosarium, Rosarii que sodalitate imperasset, nunciium attulit illa, si faceret, vitae melioris. Necesse est, inquit, Rosarii te initiare mysterium, ut per illius sanctae societatis fratres obtineas, quae minus per te mereris accipere. Ubi et somno evigilavit, magno cum doloris sensu uxori sincerum amorem fidemque pollicitus coningalem promissorum, veritatis alque constantiae omnia patefacientem festulatus est diem. Daturum se operam, ut morum correctione mundus spectet universus; vitae novitalem auspiciatus a confessione, divo audiente Dominico, et vivendi leges praescribente in sodalium uti mandarat angelus, re-latus est numerum, tanta cum firmitate, ut Rosarium nunquam et manibus poveret. Bellans cum hoste domi quietus, in agro, in itinere, cum rege, regisque intimis ubique locorum Rosarii tenex recitator, laudatorque fuit, cuius pietatem maxime promovit in Gallia. Nobilissimae suae uxori quoad vixit, integram fidem conservavit. Longo demum annorum evoluta spatio, utramque coniugem uno tempore mors extinxit, animisque advolantibus in coelum, Maria Virgine deducente, amorum corpora Parisiensis primarii templi una, atque eadem sepultura contexti: est enim haec rosae vis, ut ne marcescens quidem suavitatis odorem amittat.

§. CXIV.

F. Ioannes Montanus, divi Dominici comes et assecla, de vita, et miraculis sancti Dominici, et Ferdinandi Castellanus (*lib. 1. tom. 1. de reb. S. Dominici capite 43*): D. Dominici Caesaraugustae habitae conciones, omnium studiis excitatis, ingentes clamores plaususque commoverant, neque unquam de Rosario, quod ubique coelestis ille topiarius serere studebat, fructus laboris in principe quodam viro, qui Petrus dicebatur, maxime constitit, cuius quo erat vita deformior, eo magis correctio, et salus enituit. Erat magna Petri nobilitas, nimia ex fortunis, opibusque potentia, sed utramque vitae flagitia dedecorabant, ut nihil tota in urbe illo miserius, id quod evenire necesse est, ubi in generosis, copiosisque hominibus probitas vitae requiritur, unde et genus, et divi-

liae claram lucem mutuantur. Hic divi Dominici praeclara facinora ex ore narrantium admiratus, ita secum tacitus egit. Spem equidem salutis abieci, et divinae misericordiae ianua aditumque praclusi, vel argilla polius et saxi obrutavi, sed eorum tamen spectator, quamvis otiosus ero, et testis oculatus curiositati satandae, quae de hoc concionatore a tam multis praedicantur. Itaque die quodam in templum magno cum clientum, tum famulorum comitatu sola novitate ductus intravit. Vidit ex ipso amboe Dominicus miserum dynastem a tot daemonibus catenatum pertrahi, quod scelerum genera commisisset: fudit pro illo preces ab imo pectore, et hominis sui cognati, quod nonnullae historiae commemorant causam, et litem rerum omnium effectori Deo votis ardentissimis commendavit; tum demum concionem exorsus est, quam novum inchoarat. In ea animumur ex mortifera culpa, perniciem, stragem, interitum, exitum, et quandam quasi carnificinam, verbis atque sententiis divinus ille orator amplificavit, non quales Rhetorum ludus docet, sed quae in Christi schola traduntur. Terruit quidem Dominici vehementens oratio petram illam, silicemque durissimum, et quasi loco movit, non tamen emollivit. Apparebat hominem esse commotum, nullo cum sanitate et vitae proposito melioris. Iterum celeberrimis quibusdam feris in templum Petrus, ad rem sacram audiendam ingressus, Dominicum concionantem offendit, Rosarium manu praetento, quo tanquam Moysis baculo, tot res, tamque mirabiles faciebat divus praeco, minime ignarus, audirent illum, interventoremque miserum sine ingenti miraculo converti non posse, ad Petri introitum ita exclamavit: Christe et praedulcis, et praepotens, perlice, ut auditors mei, eius, qui modo in tuam aedem pedem intulit, miseram conditionem, animi statum, periculumque pervideant. Preces chari Dominici Christus accepit, ac multi ex illis qui aderant, Deo vim suam ostendente, cacodaemones mille viderunt, Petri animam captivam, feroque devinctam pertrahentes. Ingens hic ortus est clamor, vociferantibusque horribilibus, fugientium, vociferantium, perstreptantium, ut ab invisio immanique monstro sibi quisque caveat hortantium, belluamque truceam aversantium, imminere omnibus tartarum, quem Petrus circumferret, in fuga esse salutem. Ad has vocum incredibiles contentiones ferocesque multorum, inscius Petrus obstupuit, et ex uno famulorum tremefacto quaesivit cur ipse fugeret, aliusque palantes, ac dispersi recederent et pavent attoniti: Ista, inquit famulus, me tua facies et figura conturbat, quae non meum mihi herum ac dominum, sed satanam representat. Te Herebus pro suo habet, viciit, rapit, et rapit manus inferna. Hinc fuge popularis, murmur, terror, et consternatio plurimorum. Ipsa quoque nobilis uxor exclamavit simul, atque Dei voluntate, mariti sui miseriam, et tartareos illos vexatores aspexit: ancillae daemones conspecto agmine, gemulus, et ululatus continere non poterant: trium horarum spatio insolens illa forma, formidolosaque species

templum omne turbaverat, cum Petrus iam sul et compos, et similis, illa fari incepit: In extremam mihi videor reductus esse miseriam, quem plebs cuncta, famuli, amiceque defugunt, et quod est admirabilius, conitux ipsa perhorrescit, sui que mariti, cane peius et angue, vilat aspectum: O me perditum, ac plane desperatum, cui tui, post hominum memoriam, accidit, ut notos, ignotos, propinquos, alienos, domesticos, externos suo aspectu, tanquam Cerberus alter, vertat in fugam. Tum Dominicus tempestiva oratione paventem populum, et crucis signa iterantem, anhelitumque trahentem, a timore recreavit, et Fratrem Bernardum comitem suum ad lamentantem, plorantem, et se sine modo plangentem Petrum cum mandatis, Rosarioque mittit. Haec erant, Bernardo interprete, praecepta Dominici: quaecunque gradiaris, quoque te vertas, creus insequitur, populo id quidem spectante, et te cuius id scire maxime interesset, nesciente; sed lamen de peccatis suis omnibus confitere, ac poenas a te ipso quam durissimas repete: cape simul hoc Deiparae Rosarium, et in eius salubri precatioe totus occupare, nisi vis, ut te terra dehiscens absorbeat. Rosarium Petrus accepit, ac tremebundus illa respondit: Meo nomine, frater optime renuncia Dominico, hoc eius manus mihi fuisse gratissimum, et quando meas miseriam multo me videt apertius, det operam medicinae faciendae: idque a me suppliciter postulari. Inde Rosarium illud coram Dei Genitricis imagine recitavit, mox apud eundem Dominicum totius vitae scelera posuit. Quibus auditis, sanctus Pater Virginem ad sententiam in dilecti causa recte ferendam invocavit, ac de poenae imponendae modo consuluit. Igitur susu Virginis, praeter alia, quae tam publice propter exempli offensionem, quam privatim, expiandis oculis sceleribus, tum patientia praescrispsit, Rosarium toto vitae spatio recitare iussit. Peccatis absolutum consolatur, atque confirmat. In Dei iustitiam et severitatem, inquit, incurras, sed Rosarii beneficio in misericordiae sinu conquiescis. Ergo quo haec tibi firma sit, stabilisque possessio, in sodalium adscribitur, ut aliena merita tibi egentissimo suffragentur. Pater illico Petrus, negat toties Christi dolore contabescens, gallicae cantu, id est, Domini voce correctus, sequi ipse propria manu in sodalitatibus tabulas refert, et catalogo adscribit sociorum. Denique iudicium aequante Deo, qui prius miseriam Petri servitatem aspexerat, terribria spectra fimmerant, tribus ornatissimis coronis eiusdem Petri caput cinctum, redimitumque viderunt. Cumque Rosarium, ut erat iussus, quotidie offerre, et salutationes veluti flores ex illa amoenitate legere, et ore proferre non sinneret, dignus fuit, quem Dei Mater indulgentissime habitum, mortis horae praemoneret. Animam agenti affuit cum sua matre Iesus Christus de Deo Deus, et aeterni Patri unigena filius: et utriusque tutela defensus, daemonis artes irrisit, et ad vitam ascendit immortalam.

§. CXV. *Alanus Rupensis (libro de Rosario):* Florentiae mulier quaedam Domini vivebat aetate, fortuna et forma perecebris; quae Benedicta dicebatur nomine, factis alieno. Nam parentum scordia in formosae divitumque educatione filiolae, incandorunquae adultae frequentia conviviorum, laetaeque mensae luxuries, et vitae licentia paulatim, ac sensim Benedictam, alioquin honoratam, ad lupanar prostibulumque traxerunt, dedecus ultimum foeminarum. Illo ipso tempore Dominicus, non unam civitatem, sed cunctam suis concionibus commovebat Italiam. Benedicta cunctio tunc praecone una e multis adiuvat verba ad populum facientem, cuius oratio tam alte in huius metreticulae pectus, animumque descendit, ut abentem prosequuta, confessionem cum fletu poposcerit. Haud gravate Dominicus, cui nihil erat coelesti illa animum mercatura incandens. Audiam, admonitam, reprehensam, et sine numero sceleribus absolutam, ut Christo se desponderet, hortatur, Virginemque patriam adoptet, et poenitentiae, vitaeque austerae septa praesidiis, pro casitate propugnet, ac ceteras virtutes, novas hospites tueatur, haustamque cam nutrice lacte lasciviam prorsus exterminet. Christianae scholae novitiam malus daemon invasit, annumque unum, Deo sinente, cruciavit. Post annum, praecante Dominico, nova Christi discipula a diaboli tortura liberatur. Eam Praedicatorum Pater, non fallatur atque eret, praecipit informat, ad cetera remedia integri Rosarii pietatem adiungit, in quo centum et quinquaginta salutationes angelicae insunt, ac Dominae quodecim precatioes includuntur. Iesu et Maria crebra appellatione, ab illis scribis mundum fere animum, quibus se toties inquinasset. Patri dicto audiens Benedicta, religiosum illud munus implevit, sed brevi temporis spatio in idem relapsa caenum, multo est facta deformior. Ut enim fluvii opposita mole, vehementius valentiusque profundunt, ita Florentina haec meretrix, quo se diutius casta tenerat, eo avidius impurissimas voluptates hauriebat. Ut primum ad aures Domini venit, Benedictam recidisse, eo magis doluit, quo plures illerant, quo Benedictae forma capiebat, et captus tradebat ad mortem. Ergo in aedes Benedictae venit, porcorumque gregem inde depulit, quos Circe illa de mentis statu deiecerat. Ad templum adducta confessionem audit, et lacrymis testatur, quanti mulieres sibi staret inheritis: Rosarii rursum arma capere iubet, et in christiana vigilia permanere. Cum autem malus daemon iterum miseram distorteretur, tamen ad duo illa Iesu et Mariae sacra, augustaque nomina, quae sine fremitu, ac rabie immanissima bestia atque non poterat, novam haec Thaidem agitare intermittebat. Post aliquot dies tracta est in viso ad Dei tribunal praepotentis, vivorumque et mortuorum iudicium incurritur. Proposito libro vitae, omnia scelera et maleficia legere cogitur, ac multorum videre tormenta; quos ipsa ad aeternum interitum permisisset:

hoc illo spectaculo vehementer exclamat, se Herebi seminarium, et charybdim adolescentiae compellat. Vae, inquit, parentibus meis, quorum dissoluta negligentia in hoc decidi pelagus viliorum. Vae autem illis, qui me primis suis blandimentis puellulam deciperunt, ac deliniam depravarunt. Talia ingemiscendi, divum Dominicum adfuisse suadentem, ut ad Deiparae pedes pudibunda, scelerum peccata, et supplex accederet, eiusque illo in iudicio patrocinium lacrymosa et gemens imploraret. Id fecisse confestim fletum et eulantem, beatissimae Virginis personam interponentem, ut poenitendi tempus, spatiumque daretur, impetrasse; et hic quidem visionis illius et finis, et fructus. Mox dum sacrum audit, quod idem Dominicus faciebat, scelerum recordata quae legerat, ut ex libro delectum, inanisque paginas videret, quas scriptas in suum dedecus et probum aspexerat, vehementer exoplavit. Haec meditans, subito arripit, et a sensibus prociat ablata, de manu Virginis quibus sibi rosas dari vidit, quibus peccata literis signata doleat. In prima rosa haec verba incantant aureis literis exarata: Thorum scelerum, ac divinae pariter misericordiae memento, quae tam tibi propitia fuit. Alterius rosae illa erat inscriptio: Recole acerbissimam Christi Domini nostri passionem, quae una cum Sanctorum vitis asperimis, quam sit peccati foeditas Deo invisam monstrabit, quando vel innocentissimi sui nec filii hominum scelera luenda, ulciscendaque esse iudicavit. Flos tertius illa erat inscriptus: Adamum, Adamique recordare progeniem: illi una tantum culpa delictiarum paradisum ademitt. Hanc eadem illa culpa felicissimae conditionis expertem, in hanc compulsi malorum miseriarumque congeriem: qui et illa perpende, qualibus supplicii peccantes affici soleant, quorum profecto magnitudine, quanta sit mortiferae culpa deformitas, declaratur, teque tanto pluribus obstrictam flagitiis, nullas poenas tales rependere, quae longe graviores merebaris. In quarta rosa haec legebantur: Agnosce Dei beneficium singulare, ut in Christianorum terris nascerere, tanto ante providentis, quo illorum sacris imbueris, inter quos nata esses ac genita: quo bono quam multae regiones, regna, provinciae, quantaque orbis destituta sit portio, te minime fugit: nam mundi incolae, maxima ex parte a fide vivunt alieni, cum tibi, quamvis indignae, veritatis lumen affulerit, et ex interitu ad vitam sis revocata, tuis te factis accusantibus, suppliciumque immane poscentibus. Etiam atque etiam cogita, tibi ac tanto Dei clementissimi dono, nullam vitae nec religionem, nec sanctitatem parem esse soltram, tantamque Christi Domini liberalitatem nullis nostris meritis posse adaequare. In quinta rosae foliis, atque pagellis haec monita continebantur: Poenas memoria tene, quibus sotes in hac misera vita index ille rectissimus punire consuevit. Repete a Caino, sui facitrida germani, repete a Cham, sui parentis irrisore: illos reminiscere, quos ob leve furum furca suspendit, cum tibi longe turpiori supplicium, Dei misericordia, nemo index imponat. Considera permultos, qui ob

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.

errata leviora, tamen quia mortifera, aeternis inferorum poenis cruciantur. Quibus huius universi orbis possessio tanti non esset, dummodo ad has oras unius horae reditus concederetur, sceleribus expiandis. Tu interim otio abundas, quod vili deogatur, tempusque tibi suppeditat ad vitam corrigendam. Post visionem hanc, illius philosophiae interpretem, quae morum est praecleara emendatrix, Benedicta eiusmodi vitam insituit, quae omnium admirationem commoveret: nam et suos Florentinos quam plurimos ad Rosarium invitavit, cuius medicina tam salutaris exitisset. Alio quodam tempore eidem Benedictae servator Christus affulsit, ostensoque superioris libro visionis, qui errata omnis vitae, sceleraque clauderat. En, inquit, liber ille de rebus tuis, insolitissime flagitis, ex nigro factus est albus: quippe quem et candida meae rosa parentis, et tuae ipsius lacrymae dealbarint, atque teorum scelerum notas niveo candore mulaverint. Nunc igitur in charta munda, atque alba puritatem vitae conscribe, quam esse oportet aeternam, exarata patientia: amorem mihi debes albis his paginis, tersisquae mandatis. Visa iterum Deipara est, monens, ut ad illa praestanda, quae Christus imperavit, Rosarii uretur auxilio; haec Alanus Rupensis tum ex divino oraculo, tum ex libro, quem Thomas a Kempis divi Dominici assecra, de Virginis scripsit, se didicisse testatur.

§. CXVI.

Ex annalibus Praedicatorum, et Chronica Ferdinandi a Castello (lib. 2. cap. 22. de reb. div. Domin.): Hermannus in Germania natus, cum se Dominicanorum instituto a teneris amicus dicevisset, Virginis ardens amator, eius et animi, et corporis ornamenta sigillatim contemplari solebat, et ad singulas Deiparae, quibus fulget virtutes, attente meditatus, salutationem angelicam proferebat. Frater sancta simplicitas, compunctioque perennis fratris natus non admodum probatur, Hermannum concionari, et hominibus prodesse sua doctrina volentibus. Ille seorum cogita voluntate, ad Deum bonorum fontem adivit, quem per Virginem propitiabilem assidue. Itaque sine humano studio Scripturae sensu percullit, et tam latina, quam vernacula lingua concionatus, egregiae suae aetatis studiosissimos quosque superavit, exemploque fuit in Deiparae scholis, qui bene beataque vivant, brevi compendio fieri sapientes.

§. CXVII.

Gregorius Nazianzenus (orat. 15), Nicephorus (lib. 5 cap. 27): Quenamodum se Iustina virgo a Cypriano Mago defenderit, Marianaque Dei matris opem et auxilium in casidatis atrocissima pugna poposcerit, siquae amatoris, optulante Deipara, cantiones eluserit, Breviarium Romanum Pii V. iussu editum. Inda quaedam

virgo, cum in angusto loco deprehensa esset a viro, qui pudicitiam illi eripere conabatur, cum semper virginitatem amasset, neque illum effugiendi locum sibi relictum esse cerneret, pia illa et sacrosancta nomina Iesus Maria fidenter invocavit; quibus appellatis, non secus ac fulmine quodam scelestus ille ad terram afflictus est. Virgo autem, Deo gratias agens, evasit. Epistol. Ind. anno 1582

§. CXVIII.

Nicolaus Monachus Suessionensis (*in vit. s. Godefr.*), et Bonifacius (*de beat. Virg.*): Nobilis foemina, Viveta nomine, ad beatissimae Dei Matris ecclesiam se contulerat, quae apud Suessiones recens extracta, propter inaudita innumeraque miracula, toto orbe terrarum celebris habebatur. Itaque de Godefrido Abbatis consilio, cui se regendam tractandamque permiserat, sanctimonialium velamen sincera pietate suscepti, tresque filias pariter consecravit. Vivetam probatae iam religionis foeminam O-gina, monasterii Antislita gravissimis de rebus mittit ad Tenones, quorum linguam, patriumque sermonem Viveta callebat. Sed ne Godefridum veterem in Christo Patrem, cuius verba Vivetae pro oraculis erant, res tanta lateret cum sociis, totoque itinere apparata Novigentum venit: nam viae flexum cum tali mercede compendium esse dicebat. Legatione cum suo Apolline Godefrido communicata, sanctique Abbatis monitis et praeceptis instructa, ad Tenones, quo erat missa, festinat. Sed cum in sylvam non longe a Godefrido coenobio latrocinis infamem devenisset, in excursorem et grassatorum manus incidit, qui et religionis et humanitatis immemores, sociis captis viris honestissimis, famulisque ad carcerem arreptis, viatico direpto, Vivetam solam atque desertam, et omni longi itineris et solatio, et instrumento privatam ac destitutam reliquerunt. Gemens persufasque lacrymis Novigentum remigravit, subque Godefrido nihil tale verenti, quid sit passa, recenset, clademque suam moestissime lamentatur. Egritudine tabescentem sanctus Abbas consolatur, cibumque defessae ac defatigatae iubet apponi. Negat Viveta se quicquam gustaturam, nisi prius ablata recuperet. Tu, inquit, bone Pater, orato Deum, unaque misericordiae Matrem, loci huius custodem ac praesidem, appellato, b. quoque precare Nicolaum, cuius in feriis haec mihi dictu gravia, perpersu aspera contigerunt. Ad Virginis Mariae sacram aram sese gemebundus, tristisque prosternit, Viveta facit ad altare disunctum, ubi Christi erat imago. Illis precantibus, perseverantibusque, nocte illa carceris et custodiae feres, Dei, Deiparaeque beneficio, nullo patuerunt, Vivetaeque et comites, et famuli soluti vinculis, quibus artissime tenebantur, per condensam sylvam, et aufractus viae, perque superatas aquarum alluviones, quae hinc intumuerant, feliciter elabentes, Novigentum salvum et incolu-mes Christo duce perveniunt. Captivorum ad-

ventu inopinato, quae et quanta Godefridi, et Vivetae gaudia fuerint, qualis gratulatio, quam effusa laetitia, supervacuum foret exponere. Godefridus, qui Vivetae laetitiam solidam, atque integram eiusdem domo delinsecerat, ad hanc die postero cum delinsecerat, ad hanc die trones abiit, eosque gravissimis verbis reprehendit, quodque admerant Vivetae sacrae foeminae, ut quamprimum reddant, Deum scelerrum ultorem testatus, imperat. Illi obiurgationis impatientia, recurrit ad carcerem, ut captivorum supplicio reprehensionis iram ulciscantur. Sed nemine reperto, vacoque, quod minime putabant, ergastulo, ad Godefridum alio vultu, alioque sono vocis revertuntur. Mox scelerratae rapinae supplices veniam petunt, et ablata resiliunt. Equos, captivorumque stragula, nummos, suppellectilemque universam Godefrido reddunt, nihilque retinent eorum, quae eriperant, uno excepto cultello, quae immemores, atque imprudentes reservant. Viveta suos iam socios, quam itineris administratos iterum, iterumque laeta, complectitur, bona recuperat, actisque gratis immortalis Deo, sospitantis viatores et omnia secundanti, Virgini Dei Genitrici, et divo Nicolao miracula antiqua repetenti, resalutato insuper, et collaudato Godefrido, incoeptum est iter persequuta.

§. CXIX.

Ex scriptore, qui suo nomine modestae causa tacito, librum moralem, quem scripsit, Apiarium inscribi voluit, et ex variis exemplis, tanquam ex floribus mel suave constipavit. In ea Belgii parte, quam Brabantiam vulgo appellamus, quaedam sacra virgo Cisterciensis familiae orta est, Iudaea genere, cuius ad Christum adductae, allectaeque historiam ex ipsiusmet ore mulieris, auctor se audivisse confirmat, eamque quod non minus vera, quam utilis esset, literis, et posteritati dignam iudicavit. Haec quinquennis adhuc in parentum suorum domo, qui Iudaei erant, et antiquae legis calores, educabatur: id aetatis tacita secum puella deditabat, cur alii Iudaei, alii Christiani dicebantur, diversaque eorum nomina essent, qui et colore, et lingua consentirent. Quoniam etiam de sacrosancta Maria Virgine colloquentes saepe Christicolae libenter audiebant, et is, quae de sancta Dei Genitrice ferebantur, praecipuum quandam attentionem, alacritatemque praestabat, eamque a nostris ad rem quamlibet obtinendam patronam atque adiutricem adhiberi haud ineallide considerabat. Quare in puellulae pectus coelestes igniculos Deiparae commemoratio illa faciebat, quae de suis clientibus bene mereri consuevisset, eratque Mariae nominis usurpatio, recordatioque suavis. Ergo, ut patrem, tantamque Reginam demereri posset, ex paterna mensa, quod poterat sufforbatur, ut mendicis ostiatum, Deiparae nomine, stipem corrogantibus, subveniret. Per idem tempus puellae iam bene moratae, animataeque, parentibus, ex urbe Colonia, ubi erant, Lovanium (ignotum qua de causa) migrandum fuit:

eo ut venire, et domicillum quaesiere, puella sacerdotis, cui nomen Rainerio fuit, dum urbem curiosa perlustrat, foribus appropinquat. Erat Rainerius Lovaniensium puerorum strenuus catechista: cum ubi nostrae legis, et fidei rudimenta prima doctem audivit, eandem illa domum cum gaudio, et voluptate revisere, ad scholam ventilare, et vitae christianae sancta illa degustare praecepta. Id cum bonus ille magister animavereretur, ex mansuetula puellula quaerit, quae causa esset toties veniendi, quo nomine appellaretur, unde genus, et patria. Haud est emetata muliercula se Iudaeam, Iudaeisque natam esse parentibus: Rachelem se nominari, christianaeque legis discendae, colendaeque percupidam, christianum frequentissam gymnasium. Rainerius gaudii plenus, admissam puellam, et ceteris aggregatam, diligenter instituit. Illa annum agens sesquiseptimum, quae a magistro tradebantur, tam celeriter accipiebat, ut retractare opus non esset, quod semel catechista docuisset. Satiari audiendo puella non poterat, nullumque discedi finem faciebat: erat discipulae ipsa aetas, oportuit a Rainerio, quam parentes Iudaei cum aequalibus ludere arbitrati, ubi esset, unde veniret, non magnopere laborabant. Iam sesquiannum in christiano illo ludo posuerat, cum ad baptismum anhelabat; cum parentes tandem rem aliquando odorati, quae possunt impedimenta, moliantur, et re cum suae gentis, sectaeque hominibus communicata, praelaerant illam catechumenam trans Rhenum amandare constituunt, et sponsalium vinculis iretine. Non latuit parentum machinatio Rachelem, sibique metuens clam nuncium ad Rainerium mitti, si salvam suam discipulam velit, del operam, ut nocte insequenti esse parentum aedibus abducatur, baptismumque suscipiat. Renunciat secreto Rainerius, uti summo mane tacita exeat, ad se veniat, curatum cetera. Rebus ita cum christiano suo doctore transactis, cum matre agit, ut solam nocte illa dormire sinat: negat parens, suspicata, quod erat. Instat filiola, blandeque contendit. Roganti, atque urgenti dat mater, ut ad pedes iaceat, inque lectuli parte ima quiescat. Orto iam sole, quem ab Rainerio monita praevenerit debuisse Rachellula, somno victa, prudentius obdormiscit, sed tamen opportunae visionis admonitio, creditum Dei Matris, cui se casta puella deoverat, a somno excita, vocem audivit: Catharina surge, et quod habes, iter arripito. Prae timore Rachel e lecto excussa, humi se sternit, et matrem expergefecit strepitu. Sed Dei beneficium rursus consopita, filiola clandestinum exitum expedit. Vadit ergo ad Rainerium pulchra illa Rachel: cum ille in monasterium Cisterciense produxit, quod primum Virginum dicebatur, quiaque milliarum Lovanio disunctum, ibi baptizata est, et coelestis admonitio vocis, quam diximus, Catharina nuncupata, divique Bernardi initiata mysteriis, de suis, et parentibus et cognatis laeta triumphat; sed Catharina diuturna non fuit, patris, ac matris invidia, qui, quod gratiosi, pecuniosique essent, contra magistrum Rainerium, et discipulam Catharinam mune-

ribus et largitione oppugnabant. Cum ne viri primarii intercurrissent, quorum et idem, et potentiam puellae pater appellarat, et a Brabantiae Regulo, et ab Archiepiscopo Leodiensi, ut ad annum usque aetatis duodecimum filia libera relinqueretur, obtinuit: quae aetas ad deligendam vitae genus, et legitima est, et tempestiva? Quid? quod ab Honorio summo Pontifice datae ad Archiepiscopum literae sunt, adeo rem urgebat turbulenti ille Iudaeus, ne qua vis fieret christianis moribus, et Pontificum adversa decretis, redderet proinde parentibus, filiae factum se probaturis affirmantibus, si modo ad annum aetatis duodecimum in proposito permaneret: quae quidem callide, et astute a perditis excogitata esse Iudaeus haud seras monstravit eventus, quin et puella palernorum promissorum commenta praevidit, quibus id erat propositum, ut medio illo temporis spatio puellae pectus emollieret. Ergo Catharina de iudicio conquisitur; magistrum alloquitur, parentum, quo spectent consilia, demonstrat, artes artibus illi oportere, et iudicium iudicio corrigere: causam de integro se velle agitare, ac iudicium subire conspectum, Deiparam fore advocatam, cuius auspiciis ex Iudaeae superstitionis tenebris, et umbris emerisset, pedemque ex laqueis explicasset, parentum machinationes nihil contra veritatem valituras. Quare cum suo pedagogo Rainerio Leodium progressa, stat ante tribunal Antislitis. Adsum viri ex utroque foro facile principes, suam ipsa causam agit puella, sexcentis revocari priorem sententiam, rescindique acta illa debere demonstrat: esse periniquum, ut tenebrina puella patri reddatur infideli, moroso, astuto, cui vel Christiani gratificari student propter hominis opes, atque fortunas, nummorumque respectum, quos Iudaei nullo divinae ultionis meli foenerari consuevisset: praestare in coenobio liberam relinqui, dum annus duodecimus criticus impleatur. Et quidem, si de prudentia illa certamen est, quae verum a falso, et honestum secernit a turpi, rationis iam ipsa sum compos, et ante annos iudicium, sensusque maturavit; sed si firmitatis ergo annorum ille expectandus est numerus, non patitur aequitas, ut ante litis finem causam litigatori pater oblineat. Quid enim non possit in filia, qui alienos, qui diversa legis, ac sectae viros ad suam traxit voluntate. Duplices mihi tenduntur insidiae nupliarum, et sectae paterna: utraque res contagiosis plena. Mea flexibilis aetas, cognatio magna est vis: hinc patris minas, hinc matris blandimenta reformido: quamdiu in dubio res est, suum utrique litigatori salvum insus esse oportet. Pater si me iam habet, non expectare iubetur, sed optato potius. Quare undum est tertium mihi si creditur, monasterii fidelis est, et tuta custodia. Deposuit, lecta illa servabat, et Christo, cuius agitur causam, restituit: allic se debere. Pontifex tuo permissu de tanta delibere securus, si forte ea sum, quae inter sinistras, et dexteram, nondum per aetatem diducere queam. Peroranti applausum est ab universo consensu, et in coepitum, unde exierat, restitui iubetur

ad annos pubertatis, quibus expletis, cum de religionis, religiosaeque vitae in Cisterciensi familia a sententia dimoveri non posset, parentis desperata victoria, tamen novas artes adhuc machinatur. Iudaens adolescens, et pulcher, et dives, ad Virginem coenobium vadit, petitque baptismum, idque eo animo, ut Antislita neophilum cum Catharina loqui sinat, admissusque decipiat, restitutaque parentibus, quorum agebat instinctu. Hoc usus commento, baptizari se sinat, sequae puellae consanguineum mentitus, conveniendae Catharinae veniam sibi dari posebat. Sed virgo deli praesaga fictum illum Christianum, ut alloquatur, adduci non potest. Ille repulsus fidem abiurat, larvaque posita, se retulit ad Iudaeos, quos nunquam ex mente posuisset. Egomet vidi, inquit historicus, homo, ut appareat, minime levis, et saepe cum cum hac Catharina locutus, nihilque ea me admirabilius novisse memini. Magna erant vitae integritas, et sincera religio, quo tempore ceterae virgines, quae in illud se monasterium abdiderant, cum parentibus, aut propinquis familiares sermones in locutionis podio conferebant, et a quotidianis operibus, Abbatissae permisso, tantisper respirabant, nostra haec novitia ad Deiparae ibat imaginem, et cum illa tanquam viva esset, loquebatur, non quia vivam putaret, sed quod in huius pectore Virginis sanctae Matris memoria viveret, quam aspectus imaginis maxime renovabat, atque illa suaviter: Divina parens, sorores suorum colloquiis recreatur, ego ad te venio curas revelatura: tu mihi instar es omnium, tu meum solatium, et dulcedo, ita te una conquiesco. Nec dubium, quod Dei Mater Catharinae mentem expleret, eiusque inopiae, solitudinique prospiceret.

§. CXX.

Tilm. Bredēb. (lib. 3. sacro coll. cap. 25): Puella decem annorum gravissimo, acerbissimoque genere morbi tenebatur, cuius mater, quam Tilman. non contemnendus scripserat, quae haec literis tempore mandavit, affirmat, fuisse superstitem, in templum, quod loci incolae Novum appellant, ingressa, ad dolorum sacratissimae Virginis imaginem, quae gladii transfixa depingitur, et illic religiose visabatur, accessit, et post fusas ex animo preces, tantum se frumenti daturam vovit, quantum aegrotantis puellae pondus esset. Corpore ad libram revocato, et publica statera dimenso, voto hoc reddito, atque ex truliniae iudicio corpoream puellae gravitatem, aequa lance ponderantis, promisso tritico persoluto, puella pristinae restituitur sanitati. Et vero imago illa virgine tantam praeferebat antiquitatem, carie pene, et carosa esset, atque consumpta, exsuoque capiti novum sufficere necesse fuit, ipsumque brachium nimia vetustate divulsum, uno dumtaxat claviculo tenebatur. Hanc eandem imaginem furiosi novatores toto Belgico grassantes anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, audaciter invaserunt, ini-

stisue funibus ab illo sacro abstractam, per universam civitatem, perque aspera, et confragosa loca ad suam libidinem rapaverunt. O rem miram: erat vetusta ipsa fragillima, cuius alterum brachium pene distinctum, neque tamen rabida factatione, et asperitum lapidum altritu laedi unquam, frangere potuit, Deo et pro sua parentis imagine propugnante, et eiusdem matris oratu, insanas ad sanitatem evitante. Quin et Catholicorum confirmatus est animus, qui, veteri religione retenta, nova commenta despiciunt. Id enim annosa monstravit effigies, quae se tam bene defendit: id quoque testatus est clavus inter tot firmos iniurias, cui vivae fidei appensa lucerna est, quae non extinguetur in nocte.

§. CXXI.

In historia vitae sancti Patris nostri haec narratur a Bernardino Senensi adhuc puero ad materteram suam Dianam viduum, cui a defunctis iam parentibus erat commissus: Se in Urbe Senensi iuenculam quandam amare, ineffabili speciositate fulgentem, cuius gratiosum aspectum nisi quotidie videret, sibi crederet prae moerore moriendum, mentem suam referens ad eam, quam totam pulchram canit Ecclesia. Nutrix, directrixque ipsius Diana, mulier spiritualis, suscipiata, ne forte alicuius puellae carnali amore foret vulneratus, eum increpans, sic inquit: Quid est fili mi, quod te impudice loquentem audio? an ignoras, quod multae formosae declivem animum facit ad vitia? aspectus eius ignis est exardescens, affectus robur ingenii prosernit, intellectum elidit. Desere, fili, hanc vanitatem, et de corde tuo omne cogitatum illius propulsa. Sic illa: atque attentius observatum Dei deprehendit aperto capite, nudis nixum genibus, dilectam suam, b. inquam, Mariam Virginem, quae supra portam in effigie stabat devotissime salutantem, sicque salva res fuit. Bernardinus autem in tantum, tanquam sanctum virum evasit, ut a Nicolao v. Pont. in Sanctorum numerum sit relatus.

§. CXXII.

Antonius Bonifinus refert (l. 3. rerum Hungaricarum decade 3. anno Domini 1415): Post pugnam a nostris contra Turcas, et Valachos in Hungaria commissam in campo, ubi magnus restabat caesorum corporum cumulus, forte a viatoribus auditas voces, Iesu et Mariae, cumque propius se advomisset, caput loquax ita locutum: Quid hic astatis stupentes? Christianus sum, et Dei Matri addictus, sine confessione facta occubui aote biennium: Maria Dei Mater, cui in vita devotus extitii, linguam hactenus mihi servavit, quo confiteri possem. Quare rogo, vocate sacerdotem: vocarunt, confessus est, et absolute percipit, illico confuit.

§. CXXIII.

Cuspinianus (in Chronico suo), Trilemius (lib. de Monasterio Hirsugiensi): Henrico imperatorum ipsa perfectio sancti cognomen dedit: nam virginitalis florem integrum, atque involutum Mariae Virginis ope conservavit, cuius tam sedulus curae fuit, ut in mediis itineribus, quae et multa, et longa fecisset, si quando in urbem aliquam esset ingressus, noctem primam illa in aede precando consumeret, quam beatissimae Virginis dicatam reperisset. Hanc eandem immaculatam Virginem calice immensae magnitudinis honoravit. Quod vero templum in eisdem Dei Matris honorem magnificentia imperatoria dignissimum apud Spirenses inchoaret, neque mortis interitum perferret, Conradus Caesar absolvit. Porro monasterium almae Virgini inscriptum, et sacratum, in Argentinensique ditioe situm, quod vetustas prope consumperat, ita refecit, ac repositit Henricus, ut magis novum fecisset, quam velus reparaesse diceretur. Uxorem religiosissimam foeminam eiusdem virginitalis propositi sociam habuit, atque participem. Cumque ob devotam immortalis Domino continentiam, spe prolis se sponte privasset, Deum sobolis, et posteritatis auctorem, bonorum suorum haeredem assumpserunt. Ex quo factum est, ut ecclesiae Henricus, si Gotfrido Viterbiensi, qui Conradi Regis nobilis scriba fuit, amanuensisque praerelarus, habenda fides est, prope mille fundaverit. Et quamvis templa constrandi, et anniversarii pecuniis locupletandi, et quasi sponsas dotandi finem nullum Henricus faceret, totusque in eo esset, ut Dei cultum, religionemque proveheret, talem se tamen in imperio administrando praestitit, ut de solis armis egisse videatur. Itaque Germanici fines imperii quam longissime protulit, Bohemiam subdidit, Burgundiam in ditionem recepit, cunctam Germaniam, totam Galliam, universamque Italiam in officio continuit. Et harum trium bellicarum nationum pacem fecit esse diuturnam. Iam vero Pannoniae impietatem deponentis, et se ad Ecclesiam aggregantis salutem, etsi Stephano regi maxima ex parte tribuitur, tamen Christiani huius incrementi ex Hungaris ad Christum conversis, laus communicanda cum Henrico est, cuius soror Sisela, verae religionis amantissima foemina, et fratri similima, Hungariae regi Stephano desponsata, ad coniugis baptismum, fratre Henrico non modo adhortante, sed etiam instigante, felicem aditum patefecit. Et quia ad sui regis exemplum se fere regna conformant, sacer ille Stephanus baptismi fons universam in se Pannoniam derivavit. Quam autem Regum pietas ad prosperam regni fortunam valeat, exemplo sit hic idem Henricus, quem religionis studiosissimum, beneficentissimumque factorem Deus immortalis tam multis, tamque insignibus triumphis decoravit, virginisque cultor singularis, inque coelium relatus numerum, illud Salomonis usurpat: Venerunt mihi omnia bona cum illa. Iam praelia tam multa cum hostibus non armis tectus Vulcaniis, sed

fide, spe, et charitate confecit, id quod multo ante Theodosio contigerat, qui contra robustissimum Eugenii tyranni exercitum magis orando, ut Augustini verbis utar, quam feriendo pugnavit.

§. CXXIV.

Scrius (de vitis Sanct.): Annonis Archiepiscopi Coloniensis ea fuit in Dei Matrem charitas, ut in ipsius honorem monasterium Canonorum religiose vivendum ab ipsis fundamentis excitari, omnique ornatu apparatusque completeret. In hoc loco sibi ipsi sepulcrum designavit: ibidem fletu, et lacrymis sua, suorumque peccata diluens, frequenter perorabat, somnoque illo contentus, quem sub lucis adventum, vigiliis tractus, ac defatigatus puncto temporis ipse coepisset, res negotiaque gerebat, neque aliter laborabat, quam si horas noctis complures quiescisset, humilibus se praebat affabilem, potentibus graven, et severum. Auctoritate tanta fuit, ut nemo sacerdos, nemo dives, nemo episcopus, nemo regia dignitate conspicuus, Annone procul viso, non tremere, sequae a risu, et ioco ad severitatem, modestiam, taciturnitatemque converteret: nam simul atque apparuissent, Dynastae, Praesules. Rex denique ipse vestem aptabat, vullum ad reverendum componebat, ngari, ludere, vociferari, cachinnari, et gestire desinebat. Sunt enim honore dignissimi, qui se solos in honoranda coeli Regina collocarunt.

§. CXXV.

Andreas Coppenstein. (lib. 2. de fraternitate Rosarii) haec de b. Alano Ordinis Praedicatorum, et Virgini familiarissimo scribit: Primo, Alanus igitur: qui acceptus erat Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret eum, sicut sanctum Tobiam; et sicut tentati sunt Patres nostri, ut probarentur, si vere colerent Deum suum: idque nostra, non Dei causa, ut qui probati sunt, manifesti sint in nobis. Itaque arcano suo consilio divina bonitas permisit virum talem a maligno spiritu dire tentari, diuque tribulari. Et enim immisus in eum spiritus nudum ipsum saepissime respicere retro, et indignum Christo reddere moliebatur. Accessit, datus ei stimulus carnis suae, angelus salanae, ut eum colaphizaret, sicut Paulum, Gregorium Magnum, d. Hieronymum, et similes. Ippissimus denique satan truculentus in eum arietavit, ac pulsavit, ut Iobum, non quidem, tangens cuncta, quae possidebat: iam olim namque dimiserat omnia, et sequutus erat Christum, nudus nudum, ac pauperem, sed tangens os eius et carnis, percussit eum, non ulcere, sed verberare permisso. Quare ipse de se Alanus ista testatur, ac prodit: Antequam ad Rosarii admirandam praedicationis gratiam pervenit, assidue cantabat hoc canticum: *Mortuae, cupiens liberari a malis diaboli, carnis, et mundi. Et*